Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 44 [heute: New Haven, Yale Univ., Medical Library, Manuscript 2 Vault]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 77.



" optima et qualiter unaquaque ordinata sit et quibus
" legibus et consuetudinibus utens. dicamus ergo incipien
" tes".

" Explicit liber Elenchorum".

De Aristotele vide Bayl Diction. historique et
critiq. Fabric. loc. cit. pag. 104.

Cod. XLIV. deest

membran. Fol. Sec. 14.

1.
4.G.

Rasis Abuberti scripta me dica.

Abuberti, seu ut codex noster, Abubecri Rasis opera medica, ea Arabico in latinum idioma a Gerardo cremonensi translata. Ordo librorum est sequens: 1mo Decem libri ad Manforem de re medica cum additionibus Gerardi cremonensis, quo lineis rubris in Mf. nostro cinguntur, et nonnullis aliis ab Anonymo quodam in margine appositis additamentis. Titulus est: "Abubecri rasis filii Zacarie liber incipit translatus a magistro girardo cremonensi in toleto de arabico in latinum. qui ab eo manforius vocatus est. eo quod regis manforis ysaac filii precepto editus sit. Verba abubecri". Praefatio incipit: " In hoc meo libro. regi cui vitam prolonget Deus. agregabo summas et agregaciones et flores doctrine medicinalis. et hoc faciam compendiose". Libro 7to, cap. 8. De Significat. malor. praeced. in margine nota habentur hac inscriptione. Secreta ypocratis, in quarum fine legitur: Explicciunt inventa in capsa eb nedt in sepulchro ypocratis.

2do Liber divisionum hoc titulo: "Liber divisionis translatus a magistro girardo cremonensi in toleto de arabico in latinum. Verba abubechri filii zachariae arazi". " Incipit: Ventilata fuit in presentia cujusdam probi viri" etc. Notandum hic, ea, quae in edit. Basil. 1544. a pag. 446. – 450. seu a dimidio cap. 85. – 92. supleta, et in prioribus editionibus plane omissa sunt,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 44 [heute: New Haven, Yale Univ., Medical Library, Manuscript 2 Vault]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 78.



in codice nostro juxta capitum seriem haberi.

2. Liber de Antidotis. Incipit: "Jam quidem pervenimus ad expositionem egritudinum" ch. Ab hac pagina incipiunt noto marginali totum prope librum de Antidotis circumeun. Jes. Author totum notaminum seipsum nominat, inquiens: "Quoniam singule provincia non omnes herbas herbas simi- "liter generant. Ideo ego Nicolaus rogatus a quibusdam "Socijs ut parvam doctrinam de proportionali gientia con- venientia vel differentia virtutum herbarum ad invi- "cem traderem. que. scilicet herbe pro alijs deficientibus "recipi possint." Quis fuerit iste Nicolaus, an Salernitanus, an Terentanus, an de Florentia, an Nostrefanus, an alius, alij decidendum relinquo.

3. Introductorium, seu compendiosa introductio in ar- tem medendi. Incipit: "Salvator excelsus et glorioso prodire fecit res" ch. Est eadem introductio, quæ in edit. Basil. 1544. primo loco invenitur.

4. De affectibus junctarum. Titulus: "Incipit liber junctarum rasis." Initium. Dixit Rasis volo in hoc capitulo dicere. ch.

6. De morbis infantum. Incipit: Sahaphati accidit pueris.

7. Libri sex de medicinis experimentalis. In mar- gine legitur hic titulus: "Incipiunt libri 6 de Me- "dicinis experimentalis qui intitulatur experimenta "tio medicinalis quem transtulit Johannicius de græco "in arabicum. Et Magister Farachius de arabico "in latinum. Incipit: "Dixit S. ignis descendit super "altare" ch. Hi sex libri in aliis bene in aliis nul- lo modo conveniunt cum sex libris Aphorismorum, qui habentur pag. 517. edit. Basil. 1544. In fine: "Explicium Experimenta Rasis". Johannicius, etiam Humain, arabs, qui floruit Soc X. vid. Fabric. Bibl. græc. Vol. 13. p. 300.

Farachius, sive dubio Abulpharagius, qui et Grego- rius Bar-hebræus, patria melitinensis, natus 1226. vid. Asemani Bibl. orient. T. 2. p. 244. cap. 42.

8. Antidotarius. Edit. Basil. pag. 546. Interpr. Gar. Cremon.

9. De Lapide Libes unus. Edit Bar. p. 560. eodem in- terprete.

10. Synonyma, ordine alphabetico. Hoc in edit. cit.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 44 [heute: New Haven, Yale Univ., Medical Library, Manuscript 2 Vault]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 79.



non habentur. Duobus ultimis foliis manus aliena inscripsit tractatum de Lapide hoc titulo: "Incipit liber "de lapide, et credo, quod sit rasys." Initium est: De lapi "de qui generatur in renibus et vesica compendiosum sermo "nem faciamus" etc. Convenit sepe cum supradicto tractatu de Lapide, sed multo est fusior. In fine hoc leguntur: "Explicit liber de Lapide et credo quod rasys ipsum composu "erit. Postquam scripsi hoc, inveni in alio libro hoc. "Magister Andreas qui est optimus et sumus phs in "yspania et medicus Mandavit supradictas medicinas "et experimenta dño Gregorio pape qui calculosus erat." Abubertus, seu Abubecar Muhamed, vulgo Razis, natione Persa, ab Almansore Rege vocatus Cordubam, ob suam in medendo experientiam experimentator, obque sua multiplicia scripta Galenus Arabicus cognominatus vixit sec. XI. et juxta Leonem Africanum mortuus est Rasis anno CDI. [p. Christi 1010:] in civitate Corduba, etatis sue circa nonagesimum. Vid. Nic. Anton. Bibl. Hisp. vet. T. I. c. 6. c. 12. pag. 370. Fabric. Bibl. græca, vol. 13. c. VI. c. IX. p. 46. Leon. Afric. apud Fabric. loco cit. p. 266. et 287.

De Gerard. Cremonensi vid. supra cod. X.

Cod. XLV befindet sich seit 1927 in der Pierpont Morgan Library und hat dort die Signatur MS. 722; näheres darüber (wie auch über den Inhalt der Hs.) bei Brévart Francis B., Eine neue deutsche Übersetzung der lat., Sphaera mundi" des Johannes von Sacrobosco. In: Zeitschrift für deutsches Altertum und deutsche Literatur, CVIII. Bd. Heft 1, Wiesbaden 1979, S. 57–65

Joan. de Sacro Bosco de Sphera mundi.

Cod. XLV.

membran. Fol. min. Saec. XV.

A. 7. 10.

Ein Lateinisch Buch geschrieben, und mit Astronomischen Figuren Illuminirte Manuscript. Es mißt in Drey Schuh Zwölf

1.

Zwölf und zwanzig Blätter und beträgt

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 44 [heute: New Haven, Yale Univ., Medical Library, Manuscript

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27398